

§. 6. 44

völk

Theologie
P. VII 35t. 625.

9

ASSE RTIO
CATHOLICAE ET
ORTHODOXAE DOCTRINA
DE VERA ATQVE AETERNA
DEITATE FILII DEI
Domini nostri Ihesu
Christi.

Contra
Fanaticos passim, locorum, renovantes
Veterum haresium Samosateni & Arij
furores.

Proposita
In Gymnasio Bremensi
A
CHRISTOPHORO PEZELIO
S. Theologiæ Doctore.



IN OFFICINA THEODORI GLVICHSTEIN.
ANNO CIO. IO. XXCIV.

MAGNIFICIS ET NOBILIS-
SIMIS VIRIS, PIETATE, DOCTRINA,
virtute, ac dignitate præstantissimis: Domino IKONICA-
pitaneo in Inhusen & Kniphusen, Baroni in Eltern & Vogel-
sang, Maiori domus hereditario in Bastinak &c. Et Domino
WILHELMO in Inhusen & Kniphusen, & Luzenbur-
gi ac Bergum Capitaneo &c. fratribus: Dominis
& Mecenatibus suis reuerenter
colendis. S. P. D.



Visquis confessus fuerit Iesum esse Filium
DEI, in eo DEVS habitat & ipse in
DEO, inquit Iohannes. Et rursus: Quis
est, qui vincit mundum, nisi qui credit Ie-
sum esse Filium DEI? Qui habet Filium, habet
vitam. E hic est verus Deus & vita æterna. Eadem
est confessio, omnium Apostolorum nomine à Petro
edita: Tu es Christus ille Filius DEI viuentis. Et
super hanc petram affirmat Christus ædificaturum se
esse Ecclesiam suam, cui portæ inferorum non sint
præualituræ. Contrarium verò docentes disertè no-
minat Iohannes, Antichristos: Quis est mendax, ni-
si qui negat Iesum esse Christum? Hic est Antichri-
stus negans Patrem & Filium. Quisquis negat Fili-
um, is ne Patrem quidem habet.

Hac de re, cùm propter renouatas ab aliquibus
hoc nostro sæculo hæreses, iam olim in Ecclesia or-
thodoxa veris iudicijs damnatas, paulò accuratiùs
monendi essent adolescentes, qui studiorum causa in
schola nostra versantur: non solum in präelectioni-
bus publicis ante aliquot menses, summā veræ & im-
motæ doctrinæ de æterno Filio DEI, Domino ac li-
beratore nostro Iesu Christo fideliter repetij: sed post
instituta disputationum exercitia, eandem nunc in
hisce Thesibus complectendam esse putau: Quæ cum
hortatu

hortatu meorum collegarum, hoc ipso tempore in publicum ederentur, quo nobilitas vestra, ad Baptismū filiolæ affinis vestri vocata huc erat; non dubitaui in editione harum thesum, amplissimi vestri nominis mentionem facere, tum quia fauere vos intellexi initijs gymnasij nostri, in quo multi, sub vestra ditione nati, feliciter D E O iuuante discunt: tum quia nuper virum doctiss. M. Casp. Alteneich, & propter ipsius integritatem, & meam commendationem beneficijs vestris dignum iudicasti, atque etiam intercessioni meæ p vidua Ioh: Guttichij benignè assensiestis: pro quibus me, ad obseruantiam meam vicissim declarandā obligatū vobis esse ostendere debui. Accessit etiā hæc causa, quod in sacro S. administratione Baptismi, cui testes adhibiti fuistis, præsentia vestra & religiosa pietate, coram probasti veritatem huius fidei, de vera atque æterna Filij Dei diuinitate: quā cum Patre & Spiritu S. communē habet: Cuius confirmatio non alia potest esse efficacior, quā seria inuocatio, qualis fit in solenni ritu Baptismi sacri: De quo præclarè Basilius: Baptizari nos oportet, sicut accepimus: Credere vero sicut baptizamur: Glorificare autem, sicut credimus, Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Cuius unius veri atque æterni D E I fauori & protectioni, nobilitatem vestram pijs precibus commendo. A vobis vero, nobilitate generis & omni virtutum genere præstantissimi Viri, peto, ut hanc meam Compellationem ex animo vestræ dignitatis obseruantissimo profectam, pro excellenti vestra humanitate in optimam partem accipiatis, & erga me, nostramque schoolam benevolentiam vestram perpetuò retineatis. Benè ac feliciter valete. Fabiranæ Saxonum Mense Octobri. Anno Christi 1584.

Vestram nobilitatem

Reuerenter colens

Christophorus Pezelius. D.

I.



S VI hodie ex Seruetti blasphemis
schola egressi, veram atque aeternam
Deitatem Christi oppugnant, hoc inter se commune ha-
bent, quod Christum, non natu-
ra, sed donatae, ut loquuntur, gra-
tiae largitate, DEVMesse profi-
tentur: hoc est, Negant, vere &
essentialiter esse DEVM ομογενον patri: Etsi propter officij
præstantiam, & diuinitatis, seu donorum diuinorum (sic
enim diuinitatis vocabulum interpretantur) excellentiam
& plenitudinem, DEVM in scripturis nominari illum Con-
cedunt.

II.

Sunt autem sententijs diuisi atque disuncti à se inui-
cem, in eo: Quod alij quidem Arij atque Eunomij insaniam
secuti, λόγον Creaturam esse dicunt, id est spiritum quen-
dam à DEO ante alias res omnes creatum, qui in ceteris
Creaturis condendis, administer DEI fuerit, ac tandem car-
ne assumpta homo factus sit.

III.

Alij vero Ebionis, Cerinthi, Artemonis, Samosateni
Phoroni furorem tuentes, Christum, quo ad naturam ψιλὸν
ἀνδρῶν, id est, merum hominem esse falso asserunt, Qui
non reipsa, sed prædestinatione tantum, seu decreto DEI
extiterit, antequam nasceretur ex virginе.

IV.

Tanta est autem blasphemorum istorum protervia &
petulantia, ut se soles CHRISTVM VERVM appre-
hendisse glorientur: Contrà vero ut totum orbem Christianum
à Veritate aberrasse, tetricè ac impiè cum summa temeri-
tate & impudentia affirmare audeant-

Nam

V.

Non modo enim Athanasium, cuius Symbolum ab iei-
unt, Sathanasium: sed etiam Ceteros antiquissimos Ecclesiae
Scriptores, qui Christum θεόν τον, id est ex naturis dua-
bus, divina & humana constantem, seu Verè ac naturali-
ter tum Deum, tum hominem profitentur, Antichristos &
falsiloquos nominant.

Et horribili cum blasphemia, (de qua jure ac merito illud
usurpamus, Deus te increpet Satan) Pseudochristum, imo
Spurium Christum nuncupant: Quem filium Dei ab aeterno
patre, & de essentia patris genitum, ac tandem assum-
ptum hamanam naturam, ex Virgine Crediderunt san-
cti patres, antequam nasceretur in Carne: Post nativita-
tem vero, Deum verum & hominem verum Catholica &
orthodoxa Ecclesia piorum hucusq; uno consensu agnoverit,
inuocauit, & coluit. VI.

Cum autem de fundamento Ecclesiae, fidei & salutis
nostræ agatur, quam totam funditus euerti necesse est, nisi
constanter ac firmiter agnoscamus & profiteamur, Chri-
stum verè & natura DEVMesse: diligenter aduersus fu-
rorem Fotinianorum istorum recentium, tum Arioma-
nitarum, præmuniendæ sunt mentes nostræ: Partim ardenti
inuocatione, qua petamus, ut filius Dei Sathanam, blas-
phemum in organis suis reprimat, & gloriam & eternæ Deita-
tis suæ vindicet: Partim Consideratione accurata testi-
moniorum Vera & orthodoxæ doctrina, quæ de hoc sum-
mo & præcipuo articulo Christianæ religionis perspicuis &
evidentibus sacrae scripturæ dictis tradita, & Apostolo-
rum atq; martyrum sauguine obsignata, & perpetuo ac im-
mutabili totius Ecclesiae Christianæ Consensu ad nos propa-
gata est. VII-

Vt igitur testemur, toto pectore nos abhorre à blas-
phemis impiorum hostium filij Dei, & teneros animos ju-

uentutis aduersus fanaticas illorum prestigias veris & re-
ctis sententijs confirmemus : Primum Contra Samosate-
nianos ex scripturis duo haec demonstrabimus : Tum quod
naturæ in Christo DVÆ sint, diuina & Humana realiter
inter se distinctæ : Tum quod secundum diuinam naturam
Christus verè substiterit seu HYPOSTASIN suam ha-
buerit, antequam ex virgine natus est. Postea vero Contra
Utrosq; : tum Samosatenianos, tum Arianos euidenter do-
cebimus, Christum secundum eandem naturam divinam
verè & essentialiter DEV Messe, aequalē Deo patri, &
ōμολόγοι.

VIII.

Quod enim in Christo Iesu Domino nostro due natu-
re agnoscendæ sint, diuina & humana: Omnes de Messia
promissiones in veteri testamento traditæ testantur, ut po-
tè duplicitis naturæ mentionem manifeste comprehen-
tes: Quarum præcipuas breuiter saltem attigisse nunc sa-
tis sit, cum longior earum enarratio alio pertineat.

IX.

Est autem prima & antiquiss. promissio his verbis in
Paradiso statim post lapsum reuelata primis parentibus:
Gen. 3. Semen mulieris CONTERET caput Serpentis:
Quæ verba Apostolus hoc modo interpretatus est i. Ioh. 3.
FILIVS DEI apparuit, ut dissoluat opera Diaboli.

X.

Altera promissio ad Abraham facta est Gen. 22. In se-
mine tuo BENEDICENTVR omnes gentes : Id ad
Christum expresse accommodat Paulus Galat. 3. In Semine
tuo, inquit, qui est Christus. Et redemit nos de maledicto
legis Christus, factus pro nobis maledictum, ut in gentibus
BENEDICTIO Abrahæ fieret in Christo Iesu.

XI.

Tertia promissio ad Dauidem repetita est 2. Sam. 7. et
1. Par.

I. Par. 17. Suscitabo semen tuum post te, et egredietur de
utero tuo, et firmabo regnum tuum: Ego ero ei in patrem et
ipse erit mihi in filium. Quod de Christo & de diuina ipsi-
us natura, (præsertim quod attinet ad Postremam illam de-
scriptionem de mutua relatione inter patrem & filium) in-
terpretatur Epistola ad Hebre. cap. 1. Et David ipse auditæ
hac promissione ex clamat: Aspicis me in forma hominis,
qui es in excelsis Ichoua D E V S.

XII.

In his promissionibus cum diserte nominetur Messias:
Semen mulieris, Semen Abrahæ, Semen Dauidis: Et Apostoli
tamen hœc interpretantes, eundem Messiam expresse no-
minent filium Dei: Præterea & Conterere Caput serpentis
& benedicere omnibus populis, & habere Regnum æter-
num: nulli creature, sed soli atq; omnipotenti personæ diui-
nae competit: necesse est sic agnosci à nobis Christum secun-
dum promissiones exhibitum, ut in eo duas Naturas cre-
damus & profiteamur, diuinam, secundum quam filius Dei
est, & humanam, secundum quam ex Abrahamo & Da-
uide natus est.

XIII.

Idem affirmant & Vaticinia prophetarum, & Euange-
listarum narrationes, & Apostolorum dicta penè innume-
ra, in quibus utrumq; nomen: Dei & hominis, Messie tri-
buntur. Et unus idemq;, nominatur Filius hominis: Item fi-
lius Dauidis & Mariae, & Filius altissimi.

XIII I.

Clamat Esai. cap. 7. Ecce virgo concipiet & pariet fili-
um, et vocabitur nomen eius Immanuel. Quod Angelus ad
Ioseph repetit Matth. 1. & Euangelista interpretatur: No-
biscum D E V S. Idem propheta cap. 9. inquit: Parvulus
natus est nobis & filius datus est nobis.

XV.

Interpre-

Interpretatur & Angelus ad Mariam vim & sententiam promissionum, divinarum et summam vaticiniorum prophetorum de Christo: Hic erit magnus & filius altissimi & dabit illi Dominus D E V S sedem David patris sui & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis. Dicit Filium Mariæ futurum, qui sit filius altissimi, & ex patre David proditurum, qui regnum æternum habiturus sit.

XVI.

Passim etiam in historia Euangelica Christus ipse se nominat alias filium hominis, alias Dei filium, Quod non potest intelligi vuius naturæ respectu, Ideoq; & Apostoli discrimen naturarum clare monstrant adhibita particula distinctiva.

XVII.

Nam Paulus Rom. 1. ait, se segregatum esse ad prædicandum Euangelium Dei de Filio ipsius, factò ex semine Davidis SECUNDVM CARNEM, Declarato Filio Dei secundū SPIRITVM sanctificationis per resurrectionem à mortuis videlicet Iesu Christo Domino nostro. Nominat Christum filium Davidis secundum carnem, unde necessario sequitur, alio quā Carnis respectu filium Dei esse, idq; Apostolus ex primis, cum secundum spiritum sanctificantem id est secundum naturam divinam ait declaratum esse Dei filium.

XVIII.

In hanc sententiam, & Rom. 9. inquit, Christum ex patribus esse secundum Carnem, qui tamen sit super omnia D E V S benedictus in secula.

XIX.

Vicina est huic argumento à diversis appellationibus Messiae sumpto, grauissima disputatio Christi aduersus Pharisæos Matth. 22. cum ad illorum errorem de persona Messiae

Messiae refutandum querit ex eis Christus: Quid videtur vobis de Christo: Cuius filius est? Cumque respondentibus illis Dauidis filium esse: opponit: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum dicens: Dixit Dominus Domino meo Sede a dextris meis. Si enim Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?

XX.

Hanc validissimam demonstrationem de duabus naturis in Christo agnoscendis, nos etiam novis illis Photinianis & Samosatenianis opponimus, summam argumentationis Christi hoc syllogismo complectentes:

Nullus filius in eadem natura & in eodem regno est Dominus sui patris. Quia filius successor in simili natura & vocatione revera est inferior avo aut patre suo.

Messias non tantum est filius, sed etiam Dominus Dauidis. Nec inane est hoc vocabulum aut inanis titulus sine re sed verum & reale Dominiū significat, ut sit Messias Dominus Dauidis, videlicet revera superior, eo ipso quia est defensor & protector & servator Dauidis, & ei honorem & obedientiam Dauid debet.

Non est igitur in Christo tantum humana natura, cuius ortū atque, nativitatem cū annis plus mille Dauidis ætas antecesserit, non potuisse Messias tūm prodeſſe Dauidi aut Patre Dauide superior esse, antequam ex posteritate illius prodijt, si non divina natura in eo sit secundum quam semper Ecclesiae adfuit, antequam ex virgine & lumbis Dauidis secundum Carnem natus est. Necesse est etiam regnum Messiae nobilius esse regno Dauidis, nimirum spirituale & aeternum, in quo divina potentia tum etiam regnans, revera fuerit protector & seruator Dauidis, dans ei liberationem aeternam delecto peccato et morte, & donans ei iusticiam & vitam aeternam, denique & in hac vita regens ac defendens cum in omnibus periculis.

B

Evidens

XXI.

Euidens duarum in Christo naturarum demonstratio est
& in ceteris scripture dictis, in quibus tum D I V E R S A
tum C O N T R A R I A de uno eodemq; Christo commemo-
rantur.

XXII.

Aliud seu diuersa sunt assumere seu accipere: & as-
sumi seu accipi. Non est igitur una eademq; natura λόγος
assumens carnem & caro assumta Ioh. 1. Alia est etiam
natura, secundum quam Christus splendor gloriae & Cha-
racter substantiae patris est & in forma Dei & aequalis
Deo. Alia est caro secundum quam semen Abrahæ est fa-
ctus in similitudine hominum & habitu iuuentus ut ho-
mo & similis per omnia fratribus suis Ebr. 1. Philip. 2.

XXIII.

Prorsus autem contradictoria sunt, esse & non esse:
principum habere & non habere: immortalem esse & mori-
vbiq; esse & certo in loco esse, que tamen cum uni eidemq;
Christo tribuantur, quomodo unius natura respectu dicitur
aut intelligi possunt? Concilient igitur nobis si possunt,
blasphemi isti, qui Christum ψιλὸν θεωτὸν esse fingunt,
hæc uerissima scripture dicta. Antequam Abraham erat,
ego sum, Et Christus ex semine Abrahæ natus est. In princi-
pio erat Verbum Et Cum venisset plenitudo temporis factus
est ex muliere. Dedit filio habere vitam in semetipso, Et
Inclinato capite tradidit Iesus Spiritum suum. Filius homi-
nis cum Nicodemo in terris colloquitur eis, ad latus assistit
Et eodem momento in celo est, ex eis ante descendit. Ego
ad patrem vado & Ego sum in patre. Vidistis eum eun-
tem in celum & Ecce vobiscum sum usq; ad consummatio-
nem seculi. Creuit etate et sapientia, & habitat in ipso om-
nis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Ego & pater unus
sumus & Pater maior me est &c.

Omittit

XXIII.

Omitto causas copulationis duarum naturarum in Christo, de quibus alias dicendū erit unico illo Vigiliū martyris dicto nunc contentus, qui Dialo. s. ex mediatoris officio duas in Christo naturas esse euincit. Quia, inquit, si una est natura mediatoris, in eo quod est unum et singulare salutis nostrae remedium, frustrabitur Sacramentum. Vnde enim medius erit, si utrumq; non habuerit? Nam nisi talis dederis inter DEVM & homines, qui ita sit medius, ut ex utroq; utrumq; sit, id est ut et DEV S sit propter diuinitatis, & idem homo sit propter humanitatis naturam, humana divinis quemadmodum reconcilientur, non ostendis. Et mox: Quia reconciliationis Sacramentum immaculatum flagitabat Sacrificium, talis hostia requirenda fuerat, quæ ita media esset inter Deum, & homines, ut & morti succumberet, per illud quod hominis habebat, & mortem vinceret, per illud quod in se divinitatis tenebat.

XXV.

ETSI autem ex ijs que de duarum in Christo naturarum diversitate hactenus dicta sunt, non obscure intelligi potest, Secundum divinam naturam nequaquam capisse Christum existere, cum Homo natus est: tamen ut evidenter sit novorum Samosatenianorum refutatio, seorsim, ac peculiariter de hypostasi, seu subsistentia Christi Secundum divinam naturam, ante incarnationem, insigniora quedam S. Scripturæ testimonia recitabimus.

XXVI.

Inter ea primum locum merito tribuimus narrationi Iohannis Euangelistæ, qui historiam Euangeliū sui ab hoc articulo exorsus est, ut in illustri loco testimonium extaret, a omnibus mox initio in conspectu esset. Hic de λόγῳ ante quam caro factus est alta voce clamat, In principio erat

B 2 Verbum

Verbum, id est, cum nec tempus nec creatura ulla esset, iam
tum subsistebat. Huic λόγῳ postea tribuit mundi & re-
rum omnium subsistentium creationem. Omnia per ipsum
facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est,
Addit etiam, In mundo erat & mundus eum non cognovit
Denique, carnem factum esse ait, hoc est unitum carni, quod de
voce aut cogitatione transiunite dici non potest, cum quod
per se ὑπαρχειν non est, naturam aliam viuentem Unire si-
bi, & perpetuo, ac immutabiliter copulare non possit.

XXVII.

Ut autem nomen τὸν λόγον quo Johannes singulari consi-
liousus est appellationi SAPIENTIAE, quæ apud Salo-
monem de filio Dei extat, vicina est: sic haud dubie Iohan-
nes in conspectu habuit locum Proverbiorum 8. in quo cir-
cumstantia textus ostendunt dici de Sapientia υπαρχείν quæ
formatrix fuit ordinis & œconomiae in creatione operum
mundi etiam antequam missa est ad homines, quorum con-
versatione iam inde ab initio orbis Conditi delectatum se
fuisse dulcissime affirmat.

XXVIII.

Conferantur huc & similia dicta ut Mich. 5. Ex Be-
thlehē prodibit mihi dux, qui gubernaturus est populum
meum Israel, Et egressiones eius ab initio à diebus seculi seu
eternitatis Quem locum interpretans Theodoretus præclare
inquit Dial. 1. Verba, Ex te mihi proditurus est dux, nati-
vitatem secundum carnem in novissimis diebus factam
describunt. Illa verò clausula (quam paulo ante ait frau-
dulenter omisam esse à Pharisæis, Cum vaticinium Mi-
chele de Messia coram Herode citarent) Egressiones eius à
diebus eternitatis, aperte eternam subsistentiam præ-
dicant.

XXIX-

Sed & Christi ipsius asseverationes perspicuae sunt Joh. 8.
Amen

Amen Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, EGO SVM. Et Ioh. 17. Glorifica me pater apud te ipsum ea gloria quam HABVI apud te, priusquam mundus fieret. Et p. sim forma illa verborum repetitur, quæ sine omni dubitati- oue demonstrat Christum ante manifestationem in Carne fuisse ωφιαμενον. Ioh. 6. Descendide Cælo. Ioh. 8. Ego de supernis sum. Ioh. 16. Exivi à patre & veni in mundum Et Ioh. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum Vni- genitum daret. Sic & Baptista inquit: Ipse est qui post me venturus est, qui ante me fuit. Et Paulus Coloss. 1. Omnia per illum, & in illo creata sunt, & ipse EST ante omnia, & omnia per ipsum consistunt.

XXX.

Maxime autem illustre argumentum subsistentiæ Τελόγις ante assumptam carnem sumi potest à perpetuis be- neficijs Mediatoris erga Ecclesiam, qualia sum Reuelatio patris, de qua dicitur: Nemo novit patrem nisi Filius & cui Filius voluerit reuelare: Acceptatio gratuita credenti- um seu reconciliatio cum DEO seu adoptio in filios Dei, iuxta dictum: Quotquot receperunt eum, dedit eis pote- statem seu ius ac dignitatem illam eximiam filios Dei fieri his, qui in nomen eius credunt: Donatio Spiritus Sancti, qui et Spiritus Christi vocatur, quem, qui non habet, ut Rom. 8. dicitur, is Christi non est: Deprecatio seu interces- sio assidua pro saluandis omnibus, sine cuius fiducia nemo unquam ad Deum accedere potuit: Denig̃ presentia efficax in collectione, gubernatione, defensione, ac liberatione uni- versæ Ecclesiæ, ac singulorum piorum de qua Paulus inquit: Dedit ipsum caput super omnia ipsi Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius, & complementum eius, qui omnia implet seu perficit in omnibus.

XXXI.

Hæc beneficia omnia & singula, nequaquam ad tem-

B 3 pus novi

pus novi testamenti restringi debent, aut possunt. Neg^s, enim Christus manifestare patrem primū caput, cum de Maria natus est, Neg^s, in novo tantum Testamento credentes in Christum filij Dei fiunt, neg^s, Spiritu Christi, aut deprecatione, aut gubernatione, & præsentia ipsius caruerunt sancti patres ante natum Messiam: sed ab initio assistens filius suo plasmati, ut Irensei verbis utar, revelauit omnibus patrem, quibus voluit, & quando voluit, & quem admodum voluit: Et credentes in filium, iam tūm existentem statuebant Deum patrem suum, & se eius filios esse, & habitantem in se Spiritum Christi habebant: atq^s intercessione ac umbraculo mediatoris huius tegebantur ab ira Dei, & hunc ipsum liberatorem sentiebant sibi præsentem esse in arumnis huius vite & media morte.

XXXII.

Cūm autem Non Entis nullæ sint actiones: nulla efficiacia: aut ostendant Samosateniani isti, expertes fuisse patres sanctos in veteri Testamento omnium istorum beneficiorum Christi: aut nobiscum vel potius cum scriptura ipsa fateantur, fuisse Christum secundum divinitatem, etiam antequam in carne manifestatus est. Nam neg^s deleare ex sacris libris, neg^s ex hominum piorum animis tollere poterunt Oracula illa Spiritus S. quibus Christus ipse autor atq^s effector istorum beneficiorum esse dicitur, utpote cui potestas omnis carnis data est, ut ipse vitam eternam det electis omnibus, qui inde usq^s ab initio mundi vixerunt, aut deinceps uicturi sunt. Imo ne haec quidem expressa testimonia de præsentia Christi in Ecclesia veteris Testamenti negare poterunt 1. Cor. 10. Non tentemus Christum, sicut quidam illorum tentaverunt, & à serpentibus extinti sunt. Ioh. 12. Hec dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, uidelicet sedentem ipsum in excelso throno aspiciens, & ab angelis præsentem celebrari audiens, & vocem eius percipiens

piens immediate ipsum vocantis ad munus propheticum.

XXXIII.

Nec verò ad aliam personam, quam ad filium referri possunt patefactio[n]es, in quibus is qui ad Patriarchas loquitur, simul & Angelus Domini & Dominus ipse nominatur, cui & adoratio a sanctis patribus exhibita & sacrificia oblatas sunt. Hunc Abraham coniuio exceptit & adorauit medium euntem inter angelos. Gen. 18. Hic a Iehoua patre, Iehova ipse pluit super Sodomam sulphur & ignem de calo. Gen. 19. Hic Patriarchæ Jacob apparuit in somnis Gen. 28 & postea in specie viri cum Jacob luctatus est Gen. 31. sicut & Jacob ipse huius Domini mentionem facit Gen. 48. Cum benedicens nepotibus suis, ex filio Joseph, angelum nominat qui eripuerit eum de cunctis malis. Hic est etiam qui dicit Mosi Exod 3. Vidisse se afflictionem populi sui in Ægypto, & descendisse ut eruat eos. Et qui de nomine suo interrogatus inquit Ego ero, qui ero. Idem se ostendens Iosuæ in campo Hierichuntis, ducem se profitetur exercitus Domini Ioh. 5. Idem parentibus Simsonis apparens, nomen suum admirabile esse respondet, & sacrificia sibi fieri, & adorationem prestari finit, quod minime competit creatis angelis Deniq[ue] hic est, ut grauissimè Tertull. inquit contra Praxeam, qui ad humana semper colloquia descendit, ab Adam usq[ue] ad Patriarchas & Prophetas, in visione, in梦, in speculo, in enigmate, ordinem suum præstruens ab initio semper, ut nobis fidem firmaret, ut facilius crederemus Filium Dei descendisse in seculum, & retro quid eiusmodi gestum, cognosceremus.

XXXIV.

VERVM opponamus deinceps tūm Samosatenianis istis tūm Arianis ceteris argumenta & demonstrationes γραμμὰς ἀλλὰ γραφίας, ut Basilius loqui solet, quibus certò atq[ue] euidenter euincamus, Christum secundum eam naturam

naturam, iuxta quam ante incarnationem extitit, & presens atq. efficax in Ecclesia omnium temporum fuit: non tantum nuncupatione, sed reipsa, neq; figurato aliquo loquendi modo, sed propriè ac essentialiter Deum esse, & qualem & opusq; Patri.

XXXV.

Sit igitur PRIMVM argumentum ex appellationibus, quæ expressè Christo in sacris literis, non tam humana quam divina naturæ, respectu tribuuntur, desumptum, videlicet quod & Filius Dei, & Deus, & Iehova nominatur.

XXXVI.

Etsi enim angeli & ceteri homines propter gratiam adoptionis non unquam filij Dei vocantur: tamen solus Christus tum in veteri, tum novo testamento peculiariter ratione Filius Dei nominatur, nimis quia natura Filius est, unde immutabiliter sequitur: Et quod vere genitus sit ex substantia patris, & quod eiusdem sit cum patre essentia. Vniuersaliter enim filius naturalis paternæ essentiae per generationem est particeps.

XXXVII.

Natura autem Dei filium esse Christum, cum epitheta illa ostendunt, quæ ipsi soli tribuuntur, quod sit in sinu patris Iohann. 1. unigenitus Ioh. 1. & 3. ὁ οὐκ ἦν πηγεός Matth. 3. & 17 & proprius Rom 8. & unicus, ut in Symbolo Apostolico dicitur: Tum etiam ceteræ descriptiones huius filij demonstrant, quæ alijs Dei filijs prorsus non convenient: unde & Iudei amissa doctrina sanctorum patrum Christo propterea irascuntur, quod cum Deum peculariter diceret patrem suum, e qualē se Deo faceret.

XXXVIII.

Quis enim non conuincatur, divinam essentiam significari in hoc filio, cum Christus inquit: Pater meus usq; modo ope-

do operatur & ego operor. & pater diligit filium & omnia
demonstrat ei, quae ipse facit, ut omnes honorent filium, si-
cut honorant patrem. Ioh. 5. Et cum Apostoli de hoc filio a-
iunt: Nouissime locutus est per filium per quem & secula
fecit, qui splendore est gloria, & character substantia eius.
Hebr 1. Et declaratus est esse filius Dei in potentia secun-
dum spiritum sanctificationis per resurrectionem Rom. 1.
Et acceptos ac gratios nos sibi fecit in dilecto filio suo Ephes-
1.

XXXIX.

Quanquam verò & Dei nomen interdum rebus creatis
figurate seu metaphoricè attribuitur, non tám propter es-
sentiam, quam propter officium aliquod divinum, ut cum
Dij nominantur angeli psalm. 97. Et magistratus psal. 82.
& Exod. 22. Et Moses vocatur Deus Pharaonis Exod. 4. &
7. Imo & per Catachresin, secundum opinionem & errorem
hominum, venter quorundam Deus Philipp. 3 & Diabolus
Deus huius seculi 2. Cor. 4. Et gentium idola, Dij appellan-
tur 2. Cor. 8 quæ tamen natura Dij non sunt. Galat 4. Ta-
men Christo propriè seu absolute & definitiè (ut Ireneus
loquitur) Dei nomen scriptura attribuit ad describendam
divinam in eo essentiam, ut cum Christus Esai. 7. Immanu-
el & 9 Deus fortis, & psalm. 45 (quem Epistola ad Hebr.
ad deitatem filij probandam allegat) sine ullo alio adiun-
cto tali, quod impropriam vocabuli usurpationem signi-
ficeret, simpliciter Deus appellatur: Sic & Iohan. 1. expressè
dicitur, θεος ἦν ὁ λόγος Verbum erat Deus Ac ne sit ambigu-
itas in vocabulo Dei, eiusmodi proprietes & opera τὸ λό-
γος simul in eadem narratione attribuuntur, quæ non nisi
naturæ diuinæ conveniunt. Quid? quod Christus nomina-
tur verus Deus, & vita eterna 1. Ioh. 5. Et Deus super om-
nia laudandus in secula Rom. 9. Et magnus ille Deus ac
saluator noster Tit. 2.

C

Proprieti-

X L.

Propriissimum autem & essentiale Dei nomen est Iehova, quo scriptura verum ac uivum Deum patefactum in Ecclesia ab omnibus creaturis & commenticijs Ethnicorum numinibus discernit. Id vero, cum sapissime tribuatur Christo in sacris literis, omnem de essentia naturae divinae in Christo dubitationem prorsus excludit.

X L I.

Suscitabo inquit aeternus pater apud Ieremiam cap. 23 & 33. Dauidi germen iustum: Et hoc nomen est ei, quod vocabunt eum Iehova iusticia nostra. Manifeste vocat Messiam, non solum germen Dauidis, sed etiam Iehouam.

X L I I.

Quod autem Moses inquit Num. 21 Iehovam tentatum esse ab Israelitis, id diserte de Christo interpretatur Paulus 1. Cor. 10 Cum ait Ab Israelis tentatum esse Christum in deserto.

X L I I I.

Idem Apostolus psalmum 68. in quo sunt haec verba: Iehova nomen illi Exultate ei in conspectu eius, ad Christum accommodat Ephes. 4. Et locum Esai. 8. Sanctificate Iehovam exercituum, qui in lapidem offensionis erit, de Christo interpretatur Simeon Luc. 2. & Paulus Rom. 9. & Petrus 1. Pet. 2. Et quod Esai. 25. dicitur: Auferet Iehova lacrymam ab omni facie. Et hic est Iehova sustinuimus eum &c. Apocalypsis Iohannis Cap. 7. & 21 de Christo citat.

X L I V.

Magno etiam consensu Euangelistae ad Christum accommodant verba illa Esiae: Parate viam Iehovae. Et quae eodem in loco Esiae sequuntur: Ecce Iehova Adonai in fortitudine venit, Ecce merces eius cum eo, sicut pastor gregem suum pascet in brachio &c. Christus ipse ad se Ioh. 10. & Apocalypsis cap. 22. ad Christum accommodat. Pertinet huc & loca illa

loca illa Gen. 18. 19. 28. 31. Exod. 3. Ioh. 5. Iud. 13. quorum
paulo ante mentio facta est, quae negat de creato angelo: sed
de filio intelligi necesse est, qui pariter & angelus Domini
vocatur & Dominus seu Iehova ipse. Nec dubium est ad
nomen Iehouæ etiam Thomam Apostolum respexisse, cum
procidens ad genua Christi exclamat: Dominus meus &
Deus meus.

XLV.

Alterum argumentum vere in Christo Deitatis,
ATTRIBUTA seu proprietates Dei essentiales nobis
suppeditant Qualia sunt in primis AEternitas, omnipoten-
tia, omniscientia & omnipresentia. Quibus verum Deum
ab omnibus creaturis atque adeò etiam a carne à Christo af-
sumta (quidquid sanè Eutychiani novi monstrosum dogma-
de reali seu physica communicatione in naturis tuentes, in
Contrarium afferant) tanquam proprijs notis immutabili-
ter discerni constat.

XLVI.

Ego Dominus, dicitur Esai. 41 & 44 primus & no-
vissimus ego sum. Et absq[ue] me non est DEVS. Id Christo
tribuitur Apocal: 1. Ego sum α & ω, principium & finis
dicit Dominus qui est, qui erat & qui venturus est Omni-
potens. Et paulo post: Noli timere Ego primus & novissi-
mus. Et viuo & mortuus fui: Et ecce sum viuens in se-
cula saeculorum, & habeo claves mortis & inferni.

XLVII.

De eadem aeternitate filij citat Epistola ad Hebreos
verba psalmi 102. Tu Domine in aeternum permanes. Initio
tu terram fundasti & opera manum tuarum sunt celi. Et
longa descriptio eiusdem aeternitatis Filij Dei est proverb. 8
Ab aeterno ordinata sum. Sic & Mich. 5. de Messia dicitur
Egressus eius ab initio à diebus aeternitatis,

XLVIII.

Sed maxime insigne est testimonium Iohannis. In principio erat λόγος, de quo recte Basilius: Si tenueris firmiter hanc vocem, nihil damni afferre tibi poterunt male artes Sophistarum. Si enim dicant illi, si natus est filius, fuit ergo cum non erat, Tu contra: In principio Erat. Si pergent illi, At quicum genus sit, quomodo erat ante generationem tu ne dimittas hoc. ERAT nerelinquas hoc In principio, Sicut enim hi, qui in mari fluctuant, cum duabus anchoris nauem sistere possunt, non metuant naufragium: ita & tu velut ex alto despicies turbas illas quas Spiritus malitiae excitauit ad multorum fidem subvertendam, si animam tuam firmaueris evidentia & certitudine horum verborum, In principio erat λόγος.

XLIX.

De omnipotentia solius Dei vel ipsum nomen παῦλος παραπορος qua voce L X X. reddiderunt Hebraeum illud El schadai abunde testatur. Et ex psalm. 114 & 135 dictum hoc omnibus pijs notissimum est: DEVS noster in celis, Omnia quaecunq; voluit fecit. At de filij omnipotentia nihil clarius dici potest, quam quod Christus ipse inquit Io. 5. Quaecunq; facit pater, ea filius facit pariter Et Ioh. 10. Non rapiet oves meas quisquam de manu mea, quia ego & pater unum sumus. Et παῦλος παραπορος nomen expresse Christo tribuitur Apocal. 1. & psal. 68.

L.

Cum omniscientia nominatur, simul comprehenditur sapientia infinita & scrutatio intimorum recessum cordis & cognitio omnium arcanorum, eaq; ex se non ex alterius revelatione Itē uno & eodem intelligendi actu intueri omnia praeterita, presentia, & futura. Hæc soli Deo tribuit scriptura, iuxta dicta Rom. 16. Soli sapienti Deo sit gloria. Ierem. 17. Ego Dominus scrutans corda & probans renes Heb. 4. Omnia sunt aperta oculis eius. Eadem vero ad Christum

stium

stum scriptura ipsa accommodat, ut Apocal. 2. Hac dicit Filius Dei Qui habet oculos tanquam flammarum ignis Ego sum scrutans corda & renes. Ioh. 2. Ipse sciebat quid esset in homine. Matth. 11. Nemo patrem novit nisi Filius. Denique historia apud Euangelistas plurimae recitantur, quae ostendunt Christo quanquam absenti secundum Corpus, tamen exactissime nota fuisse, quae alibi gerebantur. Et quories revelat arcanas cogitationes cordium in discipulis & Pharisaeis? Futura vero sic & prouidet & pradicit, ut si presentia essent.

L I.

Vt autem essentiae immensitas soli Deo competit: Sie nulli creature congruit omnipresentia, de qua dicitur, Caelum & terram ego impleo dicit Dominus. Ierem. 23- & 1. Reg. 8 Ecce celum & celi celorum non capiunt te. Vnde recte Athanasius Dial. 1. Τὸ πανταχός εἶνι ὄμορφον Γῶν θεῶν Tribuit autem Christo scriptura expresse, quod simul sit in celo & in terris praesens, & habitat in cordibus piorum, & ubique seruet omnia: Ioh. 3. Filius hominis qui est in celo. Matth. 18 Vbi duo aut tres Matth. 28 Ecce ego vobiscum sum &c. Ioh. 14 veniemus ad eum. Ephes. 3. Christus habitat in cordibus nostris per fidem. Ephes. 4. Qui descendit ipse est qui ascendit, ut impleret omnia Coloss. 1. Omnia per illum consistunt. Quae, naturae divinae in Christo respetu, intelligi oportere, illud necessario euincit, quod caro Christi, sicut substantiam habet finitam & circumscriptam, Sic in loco est secundum veri corporis modum, hoc est ut resineat omnemque membrorum corporis & partem habeat extra aliam partem.

L II.

Cum igitur axioma hoc immotum sit: Cuicunq[ue] tribuitur proprium, quod uni soli essentia conuenit, huic etiam essentiam ipsam tribui necesse est: Et Christo scriptura expresse attribuat, quacunq[ue] propria sunt soli naturae divinae,

sine omni dubitatione statuendum est Christum verè ac natura Deum esse. Quod quidem & OPERA eius divina ostendunt, de quibus ipse ait Iohan. 10. Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere: Sin autem facio, et si mihi non credatis, operibus tamen Credite, ut agnoscatis quod pater in me, & ego in patre sim. Quòd etiam regula illa ab orthodoxa antiquitate magno consensu tradita pertinet: Quorum operationes sunt cædem, eorundem natu-ram atq[ue] essentiam quoq[ue] eandem esse oportet.

L III.

Addendum est ergo ad superiora TERTIV Argumentum, desumptum ex operibus quæ spectant tum ad generalē, tum ad specialem Dei actionem, Item ex miraculis diuinis eiusmodi, quæ sunt extraordinaria Dei solius opera.

L IV.

Pereant, inquit Ieremias Cap. 10. è terra, & sub celis istis, Diij, qui Cælum & terram non fecerunt. Et de Deo scriptum est In ipso uiuimus, movemur, & sumus. Assignat autem scriptura Filio Dei creationem & conseruationem rerum omnium in his dictis evidentissimis, & maximè perspicuis. Hebr. 1. ex psalm. 102. Tu initio terram fundasti, et opera manum tuarum sunt celi. Item Portas omnia verbo potentiae sua. Proverb. 8. Fui cum eo artifex. Ioh. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Coloss. 1. Per eum condita sunt omnia, quæ in Cælis sunt, & quæ in terra, siue visibilia, siue inuisibilia, siue throni, siue dominationes &c.

L V

Neg[atur] vero finita aut creatæ potentiae, sed simpliciter Dei solius opera sunt, quæ ad electionem, Vocationem, iustificationem, & glorificationem Ecclesie, & singulorum electorum pertinent, qualia sunt, Colligere ex genere humano catum Saluandorum, instituere & Conseruare ministerium verbi,

verbi, remittere peccata, restituere iusticiam, illuminare
mentes, flectere voluntates, consolari corda. Quæ & ipsa,
Christo tribuit scriptura Ioh. 13. Ego scio quos elegerim. Ioh.
10. Ego cognosco oves meas & cognoscor ab eis, Esa. 43 Et
nunc sic dicit creator tuus à Jacob. Ne timeas, ego enim re-
demti te, vocavi te nomine tuo, ut meus es tu, seruire me
fecisti iniquitatibus tuis. Matth. 9. Filius hominis potesta-
tem habet in terris remittendi peccata. Ioh. 15. Ego sum
vitis, vos palmites: sine me nihil potestis facere. Luc. 24.
Aperuit mentem eorum, ut intelligerent scripturas. Gala.
2. viuit in me Christus. Ioh. 11. Ego sum resurrectio & ui-
ta. Qui in me credit, etiamsi mortuus fuerit, uiuet. Et om-
nis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.

LVI.

Plena est etiam scriptura testimoniorum de miraculis
Christi, quibus quod unius veri Dei proprium est, pro sua
voluntate non aliena sed propria virtute mutauit ordinem
nature in creaturis, ut uere ostenderet se harum Dominum
esse, sanatis omnis generis morbis qui humana ope erant in-
sanabiles, Diabolis inuitis electis, aqua in vinum conuersa
deniq; signis alijs innumeris editis, atq; etiam potestate si-
milia miracula in nomine suo faciendi Apostolis data. Quo-
rum singula si describerentur, ne mundus quidem capere
posset omnes libros. Hæc autem scripta sunt ut credatis Ie-
sum esse Christum filium Dei, ut credentes vitam habeatis
per nomen eius Ioh. 21.

LVII.

Postremo efficacissima confirmatio veræ deitatis Chri-
sti est INVOCATIO et CATERI cultus divini, quos uni-
uersa scriptura prophetica & Apostolica, & Ecclesia omni-
um temporum Christo tribuit. Omni enim exceptione ma-
iora sunt hæc immota principia & axiomata: Ego sum Da-
minus Deus tuus: Non habebis Deos alienos coram me. E-

xod.



Exod. 20. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,
ex tota anima tua, & omnibus viribus tuis: Dominum De-
um tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen eius iu-
rabis. Deut. 6. Invoca me in die tribulationis, & eripi-
am te, & glorificabis me Psalm. 50. Gloriam meam alteri
non dabo Esai. 42. Benedictus homo qui confidit Domino,
Ierem. 17. Imo ratio & natura ipsa fidei & inuocationis
clarissime evincit, nullam creaturam secundum se invocan-
dam esse, aut in ea sperandum atq; credendum, cum non pos-
sit in tueri gemitus, precantium, nec possit discernere veram
invocationem à falsa: nec cor in serijs doloribus & periculis
præsentibus acquiescere omnino possit, nisi in eo, qui libera-
tionem à peccato & morte, donationem iusticie & vita e-
terna, conseruationem naturæ & vita corporalis vere &
efficaciter dare potest.

LVIII.

Cui autem ignota sunt hæc precepta de inuocatione
Christi, quæ uniuersum Dei cultum complectuntur? Ioh. 5.
ut omnes honorent filium similiter ac patrem. Psal. 2. Beati
omnes qui confidunt in eo. Psalm. 45. Concupiscet rex deco-
rem tuum, Et ipse est Dominus DEUSTUUS, & adorabis
eum Psalm. 97. Adorabunt eum omnes angeli Dei Esa. 11.
Stabit radix Iesse in signum populorum, Gentes ipsum de-
precabuntur Ioh. 9. Credis ne in filium Dei? Ioh. 14. Ne
turbetur cor vestrum, Creditis in Deum, & in me credite.
Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati
estis, & ego reficiam vos.

LIX.

Quām verō euidentia sunt exempla veteris & Noui
testamenti, quibus fideles compellant filium Dei inde usq;
ab initio missum ad Ecclesiam? Angelus qui eripuit me de
cunctis malis, benedicat pueris istis, inquit Jacob Gen. 48.
Domine adiuua nos: perimus, clamant discipuli Matth. 8.

Et Ange

*Et Auge nobis fidem Luc. 17. Et pater demoniaci Marc. 9.
Credo domine, sed opem fer meæ infirmitati. Et Thomas
Ioh. 20. Dominus meus, & Deus meus. Stephanus etiam
iam moriturus Christum inuocat : Domine Iesu suscipe spiri-
tum meum. Ananias Act. 9. testatur totam Ecclesiam fide-
lium inuocasse Christum. Qui invocant, inquit, nomen
tuum.*

L X.

*Pertinent huc & vota, & salutationes, in quibus
Apostolicæ Epistolæ expresse coniungunt mentionem Fi-
lij & Patris, cùm plerumq; sic ordiuntur, Gratia & pax
a DEO Patre & Domino nostro Iesu Christo : Et cùm hac
clausula finiunt Epistolæ suæs : Gratia Domini nostri Iesu
Christi sit vobiscum. Deniq; cùm in medio Epistolarum has
preces ardenti spiritu exprimunt. 1. Thess. 3. Ipse Deus &
pater noster, & Dominus N. f. C. dirigat viam nostram
ad vos. 2. Thess. 2. Ipse vero D. N. I. C. & Deus ac pater
noster, qui dilexit nos & dedit consolationem eternam &
spem bonam per gratiam Consoletur corda vestra & stabi-
liat vos in omni sermone & opere bono.*

L XI.

*Eodem referri debent formulae iurandi, & grati-
arum actiones usitatæ Apostolis. Veritatem dico in Christo,
inquit Paulus Rom. 9. Non mentior. Et 1. Tim. 1. Gratiam
habeo Christo Iesu D. N. quod fidem me existimauit. Et
2. Pet. 2. Crescite in gratia & agnitione D. N. I. C. cui glo-
ria nunc & in secula.*

L XII.

*Deniq; perpetua Ecclesiæ vox est inde usq; à tempori-
bus Apostolorum usurpata apud fideles in publicis & pri-
uatis precibus Χριστὲ ἐλέησον. Et in nomen Christi, quotquot
nominantur Christiani, baptizati sunt.*

L XIII.

D

Quæ

Quae omnia cogitare nos assidue prodest, tum ad confirmandam fidem nostram de Christo Mediatore & salvatore nostro unico, tum ad exercendam invocationem, in qua & consolatio, quam habemus in Christo Deo. exuscitanda quotidie est, & sciungenda atque separanda confessio nostra ab blasphemis & ululatibus hostium eterni filij Dei, Quibus hanc etiam precationis formulam opponimus, que in greca liturgia adhuc retinetur, quam in Synodo Constantinopolitana, quae fuit Oecumenica quinta, scriptam esse aiunt: Unigenite fili Et verbum Dei, qui cum immortalis sis, assumisti humanam naturam propter nostram salutem, Et ex sancta Dei genitrice homo factus, Et crucifixus es. Christe Deus, qui mortem morte proculasti, Et simul glorificaris cum patre Et Spiritu sancto, SALVA NOS. AMEN.






CONFESSIO GREGORII
NEOCAESARIENSIS CVIVS DOCTRINA
nam Ecclesia eius temporis purissimam esse
iudicauit Euseb. lib. 7. pag. 173. in
græco textu.

VNUS Deus Pater Verbi viuentis, sapientiae subsisten-
tis & imaginis suæ integer integræ genitor, Pater
Filiij unigeniti: Vnus Dominus solus ex solo, imago Pa-
tris, Verbum efficax, Filius sempiternus ex sempiterno:
Vnus Spiritus Sanctus, ex Deo substantiam habens, qui
per Filium apparuit, sanctificans, per quem Deus super
omnia, & in omnibus cognoscitur.

Ignatius ad Antiochenos Epist. 9.

Quicunq Deum Vnum & solum sic an-
nunciat, ut Deitatem Christi tollat, is Ve-
rè, Diabolus est, & hostis omnis justicie.



A3 52 5/k,8



... 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 687. 688. 689. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 697. 698. 699. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 707. 708. 709. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 715. 716. 717. 718. 719. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 725. 726. 727. 728. 729. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 735. 736. 737. 738. 739. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 744. 745. 746. 747. 748. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 753. 754. 755. 756. 757. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 764. 765. 766. 767. 768. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 773. 774. 775. 776. 776. 777. 778. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 783. 784. 785. 785. 786. 787. 787. 788. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 793. 794. 795. 795. 796. 796. 797. 797. 798. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 803. 804. 805. 805. 806. 806. 807. 807. 808. 808. 809. 809. 810. 811. 811. 812. 812. 813. 813. 814. 814. 815. 815. 816. 816. 817. 817. 818. 818. 819. 819. 820. 820. 821. 821. 822. 822. 823. 823. 824. 824. 825. 825. 826. 826. 827. 827. 828. 828. 829. 829. 830. 830. 831. 831. 832. 832. 833. 833. 834. 834. 835. 835. 836. 836. 837. 837. 838. 838. 839. 839. 840. 840. 841. 841. 842. 842. 843. 843. 844. 844. 845. 845. 846. 846. 847. 847. 848. 848. 849. 849. 850. 850. 851. 851. 852. 852. 853. 853. 854. 854. 855. 855. 856. 856. 857. 857. 858. 858. 859. 859. 860. 860. 861. 861. 862. 862. 863. 863. 864. 864. 865. 865. 866. 866. 867. 867. 868. 868. 869. 869. 870. 870. 871. 871. 872. 872. 873. 873. 874. 874. 875. 875. 876. 876. 877. 877. 878. 878. 879. 879. 880. 880. 881. 881. 882. 882. 883. 883. 884. 884. 885. 885. 886. 886. 887. 887. 888. 888. 889. 889. 890. 890. 891. 891. 892. 892. 893. 893. 894. 894. 895. 895. 896. 896. 897. 897. 898. 898. 899. 899. 900. 900. 901. 901. 902. 902. 903. 903. 904. 904. 905. 905. 906. 906. 907. 907. 908. 908. 909. 909. 910. 910. 911. 911. 912. 912. 913. 913. 914. 914. 915. 915. 916. 916. 917. 917. 918. 918. 919. 919. 920. 920. 921. 921. 922. 922. 923. 923. 924. 924. 925. 925. 926. 926. 927. 927. 928. 928. 929. 929. 930. 930. 931. 931. 932. 932. 933. 933. 934. 934. 935. 935. 936. 936. 937. 937. 938. 938. 939. 939. 940. 940. 941. 941. 942. 942. 943. 943. 944. 944. 945. 945. 946. 946. 947. 947. 948. 948. 949. 949. 950. 950. 951. 951. 952. 952. 953. 953. 954. 954. 955. 955. 956. 956. 957. 957. 958. 958. 959. 959. 960. 960. 961. 961. 962. 962. 963. 963. 964. 964. 965. 965. 966. 966. 967. 967. 968. 968. 969. 969. 970. 970. 971. 971. 972. 972. 973. 973. 974. 974. 975. 975. 976. 976. 977. 977. 978. 978. 979. 979. 980. 980. 981. 981. 982. 982. 983. 983. 984. 984. 985. 985. 986. 986. 987. 987. 988. 988. 989. 989. 990. 990. 991. 991. 992. 992. 993. 993. 994. 994. 995. 995. 996. 996. 997. 997. 998. 998. 999. 999. 1000. 1000. 1001. 1001. 1002. 1002. 1003. 1003. 1004. 1004. 1005. 1005. 1006. 1006. 1007. 1007. 1008. 1008. 1009. 1009. 1010. 1010. 1011. 1011. 1012. 1012. 1013. 1013. 1014. 1014. 1015. 1015. 1016. 1016. 1017. 1017. 1018. 1018. 1019. 1019. 1020. 1020. 1021. 1021. 1022. 1022. 1023. 1023. 1024. 1024. 1025. 1025. 1026. 1026. 1027. 1027. 1028. 1028. 1029. 1029. 1030. 1030. 1031. 1031. 1032. 1032. 1033. 1033. 1034. 1034. 1035. 1035. 1036. 1036. 1037. 1037. 1038. 1038. 1039. 1039. 1040. 1040. 1041. 1041. 1042. 1042. 1043. 1043. 1044. 1044. 1045. 1045. 1046. 1046. 1047. 1047. 1048. 1048. 1049. 1049. 1050. 1050. 1051. 1051. 1052. 1052. 1053. 1053. 1054. 1054. 1055. 1055. 1056. 1056. 1057. 1057. 1058. 1058. 1059. 1059. 1060. 1060. 1061. 1061. 1062. 1062. 1063. 1063. 1064. 1064. 1065. 1065. 1066. 1066. 1067. 1067. 1068. 1068. 1069. 1069. 1070. 1070. 1071. 1071. 1072. 1072. 1073. 1073. 1074. 1074. 1075. 1075. 1076. 1076. 1077. 1077. 1078. 1078. 1079. 1079. 1080. 1080. 1081. 1081. 1082. 1082. 1083. 1083. 1084. 1084. 1085. 1085. 1086. 1086. 1087. 1087. 1088. 1088. 1089. 1089. 1090. 1090. 1091. 1091. 1092. 1092. 1093. 1093. 1094. 1094. 1095. 1095. 1096. 1096. 1097. 1097. 1098. 1098. 1099. 1099. 1100. 1100. 1101. 1101. 1102. 1102. 1103. 1103. 1104. 1104. 1105. 1105. 1106. 1106. 1107. 1107. 1108. 1108. 1109. 1109. 1110. 1110. 1111. 1111. 1112. 1112. 1113. 1113. 1114. 1114. 1115. 1115. 1116. 1116. 1117. 1117. 1118. 1118. 1119. 1119. 1120. 1120. 1121. 1121. 1122. 1122. 1123. 1123. 1124. 1124. 1125. 1125. 1126. 1126. 1127. 1127. 1128. 1128. 1129. 1129. 1130. 1130. 1131. 1131. 1132. 1132. 1133. 1133. 1134. 1134. 1135. 1135. 1136. 1136. 1137. 1137. 1138. 1138. 1139. 1139. 1140. 1140. 1141. 11

Farbkarte #13



B.I.G.

ASSE RTIO
CATHOLICAE ET
ORTHODOXAE DOCTRINA
DE VERA ATQVE AETERNA
DEITATE FILII DEI
Domini nostri Ihesu
Christi.

Contra

*Fanaticos passim locorum renovantes
Veterum hæresium Samosateni & Arij
furores.*

Propofita

In Gymnasio Bremensi

A
CHRISTOPHORO PEZELIO
S. Theologiae Doctore.



IN OFFICINA THEODORI GLVICHSTEIN.

ANNO CIC. IC. XXCIV.

